Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



C lxxj.

syrupi simplicis acetosi ℥.j. syrupi de eupatorio ℥.j. cum acetoso citrocee et seminum ℥.j. misce et frigidis accipiat in aurora in diebus caloris et calidis in diebus frigoris continuando ipsum tam diu quod appareat urina remissa in tinctura et substantia neque valde subtilis in fundo eius stet hypostasis alba comita similis in partibus et dyaphana ut transparens non valde grossa tunc ergo die immediate sequenti soluatur venter eius cum hac medicina Re cassie preparate cum aqua citrocee ℥.j. reubarbari agaritici electorum aan ʒ.j. spice zinziberis aan granum iij. salis gemme granum j. aque emulsionis seminum gmum ℥.iij. calefiat totum et bibat et tradet cibum horis saltem sex. et comedat cibaria predicta frida commixta cum aliquibus foliis petroselini seminis et cosimilibus calidis et apezitiuis et in hora cibandi et in aliis modum obseruet in cura duarum febrium precedentium et felicitabit operatio eius miseratione diuina. In cuius laudes imortales semper dirigat intentio et omnia opera mea qui sit benedictus in seculum seculorum Amen. Vide quomodo gene rose vir et doctor celeberrime quia magna caritate terum egi in speculando et declarando profunda subtilium medicine theorice et practice sicut et cogrua demonstratione adaptare possem in tui sanitatem quia tibi conseruet et conserat altissimus qui solus cuncta benedicit et regulat clementia sua amplissima. tui laudes perpetue sint Amen.

Sermo breuis de febre acuta continua et retica atque eius accidentibus.

xlvj.

Quomam ex signis actu apparentibus et pseuerantibus in dispositionibus notabilis viri domini Nicolai de Comitibus apparet continue istare pugnam virtutis ad morbum et mam eius et econuerso. Ideo non est possibile aliter existimare de ipso nisi oportet hac egritudine recedere crisi perfecta, et hoc est quod eligendum esset aut salte crisi transmutationis materiem quod non posset esse sine aliquali suspicatione in longitudine egritudinis aut maioris molestie eius. Neque istis tribus punctis declarandis speculatione diffusa valde necessarium est contemplari. Primus enim punctus satis persuadetur hiis rationes. Est enim febris assidua, est etiam assi vniformis affligens et pria diuisitate exacerbationis salte manifesta diuersificata etiam ad actum sate caliditis comprehendit et pulsus velocitas et frequentia magnitudo vehementes, et urinarum tinctura notabili eleuatur, hec omnia solemniter declarant instantiam virtutis ad morbum, quod vere hiis pseuerantibus necesse est futuram fieri crisim et laudabile quod apparet, eo, quod cum pseuerantium virtutum signorum virtus optinet non succubit neque in diebus exacerbationis febris etiam quia subleuat virtus per euacuationes artificiales et 2. quia euacuatione spontanea